BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 246v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



quia uenit hora in qua omnes qui
in monumentis sunt audient uocem
filii dei. Et procedent. qui bona fe
cerunt in resurrectionem uite: qui uero
mala egerunt in resurrectionem iudi
cii. Non possum ego a me metipso
facere quicquam: sed sicut audio iudi
co. et iudicium meum iustum est quia non
quero uoluntatem meam. sed uoluntatem
eius qui misit me patris. Si
ergo testimonium perhibeo de me ipso:
testimonium meum non est uerum. Alius
est qui testimonium perhibet de me. Et
scio quia uerum est testimonium quod perhibet
de me. Uos misistis ad iohannem: et tes
timonium perhibuit ueritati. Ego au
tem ab homine non accipio testimonium.
Sed hec dico ut uos salui sitis. Il
le erat lucerna ardens et lucens. Uos
autem uoluistis exultare ad horam
in luce eius. Ego autem habeo testimonium
maius iohanne. Opera enim que dedit mihi
pater ut perficiam ea. ipsa opera que ego
facio testimonium perhibent de me: quia
pater misit me. et qui misit me pater.
ipse testimonium perhibet de me. Neque
uocem eius unquam audistis. neque
speciem eius uidistis. Et uerbum eius non
habetis in uobis manens: quia quem
misit ille huic uos non creditis. Scru
tamini scripturas: quia uos puta
tis in ipsis uitam eternam habere: et ille sunt
que testimonium perhibent de me. Et non
uultis uenire ad me ut uitam habe
atis. Claritatem ab hominibus non
accipio: sed cognoui uos quia di
lectionem dei non habetis in uobis. Ego
ueni in nomine patris mei. et non susce
pistis me. Si alius uenerit in nomine
suo: illum accipietis. Quomodo potes
tis uos credere qui gloriam ab inuicem

accipitis. et gloriam que a solo deo est
non queritis: Nolite putare. quia
ego accusatus sim uos apud pa
trem. Est qui accusat uos moyses
in quo uos speratis. Si enim crederetis
moysi: crederetis forsitan et mihi. De
me enim ille scripsit. Si autem litteris non
non creditis: quomodo uerbis meis credetis.

Post hec abiit ihesus · vi ·
transmare galylee quod est
tyberiadis. Et sequebatur eum
multitudo magna: quia uidebant
signa que faciebat super his qui in
firmabantur. Subiit ergo in montem
ihesus: et ibi sedebat cum discipulis suis.
Erat autem proximum pascha. dies festus
iudeorum. Cum sublevasset ergo oculos
ihesus et uidisset quia multitudo maxi
ma uenit ad eum: dicit ad philippum.
Unde ememus panes ut manducent
hii: Hoc autem dicebat temptans eum.
Ipse enim sciebat. quid esset facturus. Ren
dit ei philippus. Ducentorum denari
orum panes non sufficiunt eis: ut
unusquisque modicum quid accipiat.
Dicit ei unus ex discipulis eius. an
dreas frater symonis petri. Est pu
er unus hic. qui habet quinque panes
ordeaceos. et duos pisces. Sed hec quid
sunt inter tantos: Dicit ergo eis ihesus.
facite homines discumbere. Erat autem
fenum multum in loco. Discubuerunt ergo
uiri. numero quasi quinque milia. Acce
pit ergo ihesus panes: et cum gratias egisset.
distribuit discumbentibus. Similiter et
ex piscibus quantum uolebant. Ut autem
impleti sunt: dixit discipulis suis.
Colligite que superauerunt fragmenta
ne pereant. Collegerunt ergo et imple
uerunt. xii. cophinos fragmentorum.
ex quinque panibus ordeaceis. et ex duobus